



1670.

20. Hoffmannus, Christianus: De gigantibus essibus.
21. Lehmannus, Theobaldus: De jure ac privilegio
senum.
22. Linck, Henricus: De jure accrescendi.
23. Linck, Henricus: De deprecationibus.
24. Linck, Henricus: De jure fluminum.
25. Linck, Henricus: De responsionibus licitis
atque illicitis.
26. Linck, Henricus: De contractibus inominatis.
27. et Richter, Christophorus Philippus: De jure nuptiarum,
venere illicita.
28. Richter, Christophorus Philippus: De conjunctis
sive significatione.
29. Rikemannus, Johannes: De ordine et methodo cognos-
cendi, proceventi curandi obiectum et parte orationis
orapulae. 9d. 2.

1670.

30. Schenckius, Johannes Theodorus: De poris corporis humani.
31. Schroeter, Ernestus Fredericus: De canno ferreo ejusdem
que Jure.
32. Schroeter, Ernestus Fredericus: De femoris Libellis.
33. Schroeter, Ernestus Fredericus: De cervice actiouis.
- 34^{a, b, c} Schroeter, Ernestus Fredericus: De canno. 3 Sempl.
1670, 1690 & 1707.
35. Schroeter, Ernestus Fredericus: De Libello.

vi.





1670, 21 26
12
2
I. N. D. N. J. C.
Permissu Magnifici Jctorum Ordinis
DE

JURIBUS AC PRIVILEGIIS SENUM

PRÆSIDE
DN. THEODOSIO LEHMAN-
NO, J. U. Dd.

Præceptore ac Fautore suo honorando
subjectam Dissertationem
placida Eruditorum

submitteret

IN ACADEMIA JENENSI

submitteret

CAROLUS FRIEDERICUS à Beuse

Eq. Thur.

AUTOR ET RESP.

Ad d. April. cl^o l^o LXX.

JENÆ,
Literis WERTHERIANIS.

26

50

12

THEOPHILUS A.C. P.R.I.
VICTOR SENIUM

FR. ER. DE
DR. THEODORE LEHMAN

NO. 1. DE

Eractus ac Laurus in doro

THEOPHILUS

THEOPHILUS

THEOPHILUS

THEOPHILUS

THEOPHILUS

THEOPHILUS

THEOPHILUS

THEOPHILUS

THEOPHILUS

THEOPHILUS

THEOPHILUS

THEOPHILUS

THEOPHILUS

THEOPHILUS

THEOPHILUS

THEOPHILUS

THEOPHILUS

THEOPHILUS

50



I. N. D. N. J. C.

Servium Tullium Romanorum Regem, cum illas quinque classes juniorum census facienda gratia instituisset, in tres quasi gradus *pueritiae, juventa, senectae*, ætatem Romanorum suorum distribuisse A. Gellius ex C. Tuberone refert *X. Noct. Att. c. 28.* cum pueros existimasset, qui minores essent annis septendecim, atque inde ab anno decimo septimo, quod idoneos jam esse Reipublicæ arbitraretur, milites scripsisset, eosque ad annum quadragessimum sextum juniores, quiq; supra eum annum essent, seniores appellasset, cujus distributionis vestigium apud Ulpianum apparet in *l. 8. §. 10. ff. de transact.* manifesto indicio, ætatum humanarum discrimina non tam statò ipsius naturæ intervållo definiri, quin placito moribusque populorum certum at diversum quippiam in ea re constitui ex usu civitatis ac determinari possit.

Exemplo sit, quod pubertatem Jus civile ex annis & quidem decimo quarto in masculis, duodecimo in fœminis, *pr. Inst. Quibus mod. iur. fin.* at Jus feud. Saxonicum anno decimo tertio & sex hebdomadib. *§. 2. in pr. Schultz ad d. tit. J. lit. b.* Jus Canon. ex habitu corporis æstimat. *c. 5. x. de despons. impub.* Minorennitas de jure civili finitur post vigesimum quintum, *l. 39. §. 3. ff. de minoribus l. 15. §. 6. inf. ff. ad L. Jul. de adulteris.* jure Saxon. post vigesimum primum. *§. 1. Artic. 42. in Electoribus Imperii* ex jure singulari post annum vigesimum octavum. *A. B. cap. 7. §. 20.* Ità nec memoratos illos tres ætatis gradus jure Regio designatos posteriori Romanorum jure profusus atque unicè servatos esse constat, sed imò plures ætatum partes usu civili introductas atque distinctas.

Unde Doctores vulgò septem ætatum gradus in Jure observatos referunt, ita ut (1.) sit infantia, quæ comprehendat leptem annos vitæ primos *l. 1. §. 2. ff. de administr. tut. l. 18. C. de jure de-*

deliber. (II) Pupillaris ætas usque ad ætatis annum decimum quartum in masculis, usque ad duodecimum in feminis, prout diximus, durans *l. ult. C. quando tut. vel cura. esse de f. Macrobr. VII. Saturn. 7.* (III) Pubertas usque ad decimum octavum annum *S. 14. 7. de adopr.* (IV) plena pubertas seu adolescentia usque ad vigesimum quintum annum *l. 40. S. 1 ff. eod. Paul. III. sent. 4.* (V) Juventus seu virilis ætas, in qua sc. homo *de auct.* sive statu constitutus tantundem recipit per nutritionem, quantum amittit, incipiens à completo *decimo* quinto anno, cui certum terminum, nullum præfixum volunt; verùm pro variante in diversis hominibus vigore vel declinatione modò usque ad L. modò ad LX. annum extendi. (VI.) Senectus, quam usque ad annum octogesimum excurrere contendunt. (VII) Senium seu decrepita ætas durans usque ad centesimum annum, quod longissimum vitæ hominis tempus dicitur in *l. ult. Cod. de SS. Eccles. l. 56. ff. de usufruct.* Ita planè Schneidev. *ad S. 4. I. de Adoptr.* Quæ divisio in effectum convenit cum trimembri illâ superius traditâ, & apud Philosophos quoque communiter recepta. Vide *Arist. lib. de juveni. & senect. vita & morte, cap. 18.* & ibi *Conimbr. Paul. Zacch. lib. I. Q. Medico-Legalium, tit. 1. quest. 2. & seqq.* scilicet si subdivisiones illorum adhibeas, quos refert Harpprecht *ad S. 5. I. de oblig. que ex del. nasc. n. 72. 73. seqq.*

Non longè abludit divisio, quam ex *l. un. C. Theodos. de his qui veniam æt. impetr.* notavit Speckhan *cent. I. q. 44.* ubi quinque ætatum gradus numerari advertit: Pueritiam, Adolescentiam, firmatam ætatem, perfectam ætatem & Senectutem.

Quemadmodum autem quælibet ætas singularibus à natura complexionibus, qualitatibus, moribus studiisque donatur; Vid. *Arist. II. Rhet. 13. Jul. Cæs. Scalig. III. Poet. c. XV. Felden. p. 3. Elem. Jur. univ. c. 8. m. 1. art. 2. & m. 4. seqq. Levin. Lemn. Libr. de complexion.* ita LL. quoque necesse habuerunt certa quædam singulis ætatibus jura applicare. Unde aliæ impuberum, aliæ minorum, aliæ juvenum ac virorum, aliæ denique senum obligationes, defensiones, dignitates, privilegia, officia ac necessitates in LL. nostris tradantur.

Quoniam yero præ omnibus ætatibus Senectus in civitate

noſtri ſemper venerabilis fuit. Namq; majores noſtri penè eundem
honorè ſenibus, quem magiſtratus tribuebant, docente Calliſtrato
in l. 45. ff. de jur. e immunitatis, rem obſequio ac reverentia juve-
nili haud indignam me facturum eſſe credidi, ſi in ſpeciminis
Academici argumentum qualemcunque de JURE AC PRIVILEGIIS
SENUM AC SENECTÆ commentationem quamvis tumultuaria o-
perâ elaborarem, proque recepta Academiarum conſuetudine
publicæ diſputantium cenſuræ ſubjicerem, quò iis, quibus me
meaque omnia debeo, ſaltem aliquam conatum meorum in il-
luſtri hac Academia Jenenſi huc uſque ſuſceptorum fiduciam,
conciliarem. In nomine vero Domini noſtri Jeſu CHRISTI, qui
& res penitus desperatas donare & conſummare virtutis ma-
gnitudine poteſt, Conſt. de concept. ff. §. 2. in f. l. 1. §. 2. in f. C. de V.
I. E. ad omnia conſilia omnesque actus ſemper progredimur.
l. 2. C. de off. præf. præf. Afr.

CAPUT I.

Quid nominis, quid rei ſint Se- nes, ac Senectæ.

Theſ. I.

Rationem originationis curioſiorem Grammaticis relin-
quimus, quorum quidam ſenes, quaſi ſemineces, quidam,
quaſi ſe neſcientes, quidam à ſegnitie, quidam à ſexta ætatis
parte, aliunde alii dictos putant.

II. Analogicè atque interpretativè interdum etiã ſenes
vocantur ii, quorum, ut Poëta ait,
juvenili in corpore regnas

Mens virtute ſenex;

& priſci non Chriſtiani tantum ſed & pagani viros nõ tam ætate
quam virtute præſtantes Senũ, Preſbyterorũ, item Patrũ appella-
tione honorarunt, quo collimans Cicero: *Probo adolescentem, in-*
quit, in quo eſt aliquid ſenile; imò ſequiori ævo, corrupto jam
Latinitatis flore, puta Caroli Magni ac vicinis ei temporibus
vox *Senior* Dominum ſignificavit, unde & in Libris FF. paſſim,
ut in c. 1. quib. mod. ſenũ, amitt. c. 1. apud quem vel quos, pro

Patrono ac Domino feudi usurpatur, quasi nulla honorificentior appellatio Domino imponi posset. Nec obscurum rei vestigium superat in eo, quod hodieque Itali, quem Dominum notant, *Signore*, Galli *Seigneur*, Hispani proximius *señor* vocant. Hottom. lex. feud. voce: *Senior*. Sic Alexander Imperator Ulpianum Jctum parentem suam honoris causa nominat in l. 4. C. locati. Confer ex sacris *Sap. IV. v. 23. junct. c. 6. distincti. LXXXIV. c. 28. c. II. q. 7.*

III. Synonymicè atque epithethicè senes dicuntur *majores natu*, interdum absolute *majores*, *longevi*, *annosi*, *decrepiti*, *effati*, *veteres*, unde *vetulus*, *vetustus*, *veterator*, *veterani* milites, *veterana* mancipia, quanquam verbum *veteres* usitatus usurpetur de iis, qui superioribus temporibus vixerunt, cum *senes* dicantur ii, qui ad justam & ultimam ætatem pervenerunt. Vid. Auf. Popm. *libr. de diff. V.* voce: *Senes* item: *Vetus*. *Jason* in l. 91. §. 3. n. 9. ff. de V. O. Varro apud Censorinum de die Nat. cap. XV. *seniores* vocitatos tradit, qui in quarto ætatis gradu ad usque sexagesimum annum sint, quod tum primum senescere corpus incipiat; inde usque ad finem vitæ unius cujusque quintum ætatis gradum factum, in quo qui essent, *senes* appellatos, quod ea ætate corpus senio jam laboret. Itaque *seniorem* esse minus est, *senem* esse majus, quod latius ex sententia Varronis deducit August. Buchnerus in *Thef. Fabri*, voc. *Senectæ*.

IV. Quod ad rem ipsam spectat, senectatem ultimam dici vitæ humanæ partem, in qua valdè notabilis deminutio ac lapsus virium accidere solet, inter omnes facile constat, unde *extrema ætas* pro senectate frequentissimè apud bonos autores usurpatur. In l. 69. §. 1. ff. de legatis 3. is dicitur inter seniores numerari, qui desit esse juvenis. At quando terminari juventus atque incipere senectus in jure nostro dicatur, variis ac diversis opinionibus obnoxium est inter interpretes litigium.

V. Menochius L. II. de A. F. Q. cap. 59. postquam varias variorum de principio senectutis opiniones retulisset, jure nostro receptiorem dicit illam, quam & in præfatione retulimus, *senem* dici, qui annum L. perfecte attingit, usque ad septuagesimum, cujus sententiæ post varias Juris utriusque glossas adstip-

pu-

pulatores citat non paucos. *Fac. l. 2. §. ult. ff. de Decur. l. 3. C. eod. l. 3. C. qui etate L. X.* quibus textibus probatur, excedentes quinquagesimum quintum annum, ut senes & majores, à muneribus personalibus excusari. Quam Menochius sententiam, ut & alteram Abb. *in c. ult. n. 18. X. ut lite non contestata*, quæ septuagenarios senes esse definit, rejicit ideo, quod ii ætatum termini non generatim in omnibus casibus, sed in certis ac particularibus tantum jure constituti reperiantur. Consentit Schneidev. *ad §. 13. Inst. de Excus. tut. & cum. n. 6.* ubi, quot diversis respectibus senex quis dicatur, enarrat.

VI. Neque *l. 11. ff. de Dec. junct. l. 2. §. 8. eodem, aut l. 3. ff. de jure immunit. l. 3. C. qui etate*, probant, quod quidam volunt, annum quinquagesimum sextum senectutis initium in maribus generaliter dici. Adde *l. 13. Cod. de Dec.* Nihil magis *l. 12. C. de leg. hered. junct. l. 21. ff. de act. emi vend.* senectutis initium in foeminis annum quinquagesimum primum esse evincunt. Non enim, quod eo tempore parere desinunt, ideo statim in effectu juris pro senibus haberi possunt.

VII. Restat ergò, ut cum Menochio d. l. id in casibus, in quibus certus ætati terminus non est assignatus, totum Judicis arbitrio relinquamus, quando aliquis senex sit habendus *l. 2. §. 7. ff. de vac. & excus. munerum, d. c. fin. x. ut lite non contestata*, quemadmodum & Sichardus *in l. 3. C. qui testamenta facere poss.* Judicem ex qualitate personæ, complexionis, professionis hoc debere æstimare ait. Nam forte, inquit, non erit senex, qui multos annos habet propter complexionis bonitatem; & è diverso erit senex, qui est XL. vel L. tantum annorum, fortassis vitio complexionis & etiam studiorum, quæ solent præmaturam senectam arcescere. Consentit Dn. Brunnemann. *Process. civ. cap. 20. n. 87.* ut possit de principio senectutis ferè dicere, quod de termino Cicero, cum ait: *omnium etatum* (at certe in legibus nostris non usquequaque; intellige ergo secundum stata in singulis naturæ tempora) *certus est terminus; senectutis autem nullus est certus terminus, rectèq; in ea vivitur, quoad munus officii exequi ac tueri possit.*

HIX. Sanè in Camera Imp. quinquagenarios pro senibus

re-

reputari atq; pro testibus ad perpetuam rei memoriam admitti docet Gail. *l. obfero. 92. n. 7.* ubi nec eum ipsum terminum in peste admodum rigide observari tradit. Menochius autem *d. l. refert in dominio Mediolanensi sexagenarios ad huac effectum pro senibus reputari. Junge Trentacincq. var. resol. lib. l. tit. de V. S. Resol. 4. fol. 262.*

CAPUT II.

De

Divisione Senectutis.

Thef. I.

DOctores, uti ex supra allatis liquet, senectutem in duas partes vulgò diviserunt, *senectutem* in specie dictam sive primam & *senium* sive ultimam & decrepitam senectam. Illa est, in qua evidenter declinant vires & calor naturalis; superest tamen voluntas & promptitudo ad agendum; in cuius & initio & termino assignando mira tamè est inter ipsos opinionum varietas. Hæc, quæ & delira dicitur, est totum illud, quod restat, vitæ claudendæ spatium, in quo exangues jam capulares & letho proximi senes, de qua maximè exaudienda, quæ de oneribus atque incommodis senectutis in ore omnium frequentantur. Vide Franc. Petrarch. *lib. II. de remediis veriusq; fore. dial. 83.* Paul. Zacch. *d. l. 99. §. seqq.*

II. Menochius citato loco Galenum *L. V. de tuenda sanitate cap. ult.* senectutem tripartitò dividere commemorat. Prima pars ex ipsius sententia est *ἀνοροσθέντων* sive eorum, quorum adhuc viridis est ac vegeta senectus, nec corporis viribus exhausta & consilio prudentiæque maximè pollens, adeoque rei publ. muneribus nondam planè eximenda, quam Menochius à 50 ad 60 annum vult excurrere. Secunda *γεσθέντων*, sive eorum, quorum & corporis & animi vires hebescere jam paulò magis incipiunt, quam à 60 ad 70 vult extendi. Tertia *πυπελών* decrepitorum jam & in extrema vitæ hyeme degentium, atque adeo alterum pedem in cymba Charontis jam habentium, quæ pars, quicquid reliquum est vitæ, complectitur. Quæ di.

diviso quanquam suspecta videatur *P. Zacch. d. L. I. tit. 1. q. 9. n. 25.* non nimis tamen aliena est à legibus nostris, quæ pro diversis his partibus diversa quoque senibus jura atque privilegia attribuunt.

III. Senibus in prima parte versantibus excusatio à Decurionatus honore conceditur. *l. n. ff. de Dec.* cæterum ab hoc honore ad alium nulla vacatio competit *l. 5. ff. de vac. & excus. mun.* Foeminae quinquagenariae partus legitimus habetur *l. 12. C. de legit. hered.* qua de re dubitatum fuisse non tantum ex dissensionibus plerorumque Philosophorum, Arist. *V. de hist. anim. c. 14.* Plin. *7. Nat. hist. c. 14.* sed & exemplo Constantiæ matris FridERICI II. Imperatoris quinquagenariae docemur, quæ, ut omnem à se suspicionem suppositi partus (de qua se tamen nec A. Crantz. *VII. Metropol. c. 38.* satis purgasse visa est) amoliretur, An. 1200. *VII. Metropol. c. 38.* satis purgasse visa est) amoliretur, An. 1200. volente marito Henrico VI Imp. publicè omnibusq; videntibus in Sicilia peperit. Menoch. *I. de A. F. Q. c. 89. n. 60.* Henric. Salmuth. *in not. ad L. II. Rerum memorab. Panciroll. Tit. 10. de horolog.* quare & quinquagenariarum nuptiæ, de quibus olim Lege Papia Poppæa cautum erat, ne mulier 50 annorum sexagenario nuberet, postquam jam olim à Claudio illud legis caput quoad mares esset sublatum, Suet. *in Claud. cap. 23.* Alex. ab Alex. *L. IV. Gen. dier. c. 26.* à Justiniano in sequiori quoque sexu rectè confirmata leguntur *l. 27. C. de nuptiis.* Quamvis enim forte finis primarius conjugii deficiat, non deficit tamen secundarius, scilicet mutuum adiutorium. *Add. c. 2. c. 33. q. 1.* Da. Strauch. *Diss. ad ff. II. aphor. 9.* Gerhard. *de matrim. §. 233.* junge de nuptiis senum Albericum Gentilem *L. V. de Nuptiis c. 3.*

IV. Secundam partem ingressis etiã adoptandi facultas datur *l. 15. §. 2. ff. de adopt.* ratio est, quia hi jam propter effectam senectam plerunque desinunt generare ac cives reipubl. submittere possunt. Arist. *VII. de hist. Animal. c. 6.* Ergo solatium orbitatis & hæredem per adoptionem, hoc est, civilem generationem, habeant. Tiraquell. *de LL. conjug. l. 6. n. 12.* Hi tamen à muneribus nondum liberantur, ne tunc quidem, cum sexaginta quinque annos impleverunt, *l. 1. §. 3. ff. de vac. & excus. mun.* Turbat, quod Nepos Atticum in vita ejus nitidissime scripta *c. X. n. 3.*

B

ata-

ætatis vacatione bello civili usum commemorat, cum haberet annos circiter sexaginta. Sed hæc lectio non immeritò Henr. Ernstio jam olim suspecta visa, quem in commentario ad d. l. consulas licebit. Possis fortè dicere, cessantibus inter arma civilia legibus, facilè id gratiæ datum esse.

V. Ratio verò, quare ab honoribus citiùs, quam à muneribus vacatio detur, est hæc: Jus personarum, quod imperantium ac subditorum obligationes inter se connectit, in eo versatur, ut illi his provideant, ne ad bene beateque vivendum in sua cuique civitate quicquam desit, hi vero patrimonio suo juxtà atque operis finem istum, quantum in se est, adjuvent atque promoveant, quod, cum à plerisque segniùs fiat, frequenter accidit, ut desint, qui munera publica (quæ sunt ejusmodi patrimonii aut operarum præstationes salutem Reipubl. concernentes) in specie ita dicta libenter ac promptè velint suscipere, *arg. l. 12. in fin. ff. de Decur.* nunquam autem ferè deficiant, qui honores velint gerere, imo plerumque homines etiam cum sumtu & onere honores sibi ambiunt avideque consecantur. *Frantz. ad §. 13. Inst. de excus. tut.* Eo citiùs igitur exsolvantur cives necessitate honorum suscipendorum, quò & faciliùs reperiuntur alii, quibus volupe sit eos accipere & difficilius, qui munera onerosa libenter subeant. Munera autem invitis quoque imponuntur. *l. 214. ff. de V. S.*

VI. Quod terriam denique partem attingit, majores LXX. annis à tutela vacationem habent *§. 13. ff. de excus. tut.* ut ne volentes quidem admittantur, quia pupillo omninò inutile foret, talem habere tutorem, qui suis vix ipse rebus hoc ætatis superesse potest, quod ipsum tamen cape de tutela suscipendâ, non verò suscepta, in cujus administratione ob cognitam semel pupillorum ac patrimonii conditionem minus difficultatis habituri præsumuntur, nisi fortè aliam probabilem causam simul allegent, ut valetudinem *l. 10. l. 11. l. 40. ff. eod. tit.* & à cæteris muneribus civilibus, quæ labore & corpore implentur, vacant septuagenarii. *l. 2. §. 1. ff. de vac. l. 3. §. 6. & 12. ff. de mun. scilicet à personali. l. 3. de jure immunit. l. 10. C. de Decur. l. ult. C. qui amr. l. profess. l. X. non item à patrimonialibus l. 10. ff. de vacat.* Unde
ne

neque ab annona neque ab angariis neque à verredo neque ab hospite recipiendo excusantur. l. 18. §. 29. ff. de muner. l. i. ff. de vacat. & excus.

VII. Excessisse autem oportet annum septuagesimum adedò, ut is, qui agit supremum diem ejusdem anni, eo die ad tutelam vocatus non excusetur; cum major septuagenario esse debeat l. 74. in f. ff. ad SCr. Trebell. Anton. Faber. L. I. Jurispr. Pap. rit. 24. princ. 1. Licet enim in honoribus favoris causa annus captus pro completo habeatur l. 8. ff. de mun. & honor. in immunitatibus tamen sive privilegiis & excusationibus ab oneribus secus est, d. 1xx. & l. 3. ff. de jure immunit. Neque obstat d. l. ult. C. qui etate vel prof. quæ vel exaudienda de muneribus, quæ non merà corporis opera ac labore expediuntur, vel ibi pro quinquaginta quinq., quod post Cujacium plerisque visum, legendum septuaginta, cui correctioni & sequentia verba: cum itaq; septuagenario majorem &c. favere videntur. Error natus ex notis LV. & LXXV. Vide Bachovium ad Treuil. vol. II. dist. 9. th. 2. lit. c. in f. adde Carpzov. L. V. Responf. 90. n. 16.

VIII. Climactericos autem senectutis annos, quoniam ad institutum nostrum parum faciunt, suis autoribus transmittimus. Vide Biscol. Var. lect. II. c. 1. It. Hor. Subces. L. XV. cap. 8. Petr. Cunæi. ont. 4. Sicut nec ad institutum nostrum valde facere videtur, quod quadruplicem senectam scilicet natura, gratie, culpa & eterna glorie nescio ex quibus autoribus tradit Albericus à Rosate in suo diction. voce: Senium.

CAPUT III.

De

Privilegiis Senum in causis civilibus.

SECT. I.

De privilegiis, quæ in honorem senectæ & senibus indulgentur.

Thef. I.

NON Aristotelis modò, sed ipsius naturæ ac rectæ rationis

B 2

ver-

verbum est: τὸ πρεσβύτερον τιμότερον. Antiquitas omnibus rebus venerationem & religionem addit, unde Justinianus *venendam antiquitatem* sæpius vocat. Græci senes dixere γέροντας ὡς τὸ τὸ γασαίειν, quod honore & præmiis affici debeant. Plato sanctissime: πᾶς νέος ἢ μέν τι αἰδέσθω τὸν ἑαυτὸ πρεσβύτερον ἔργω τε καὶ λόγῳ. Quam grata porro senum reverentia atque honor sint sanctissimo numini, severa ejusdem præcepta de honorandis senibus docent Levit. XIX. vers. 32. add. Sirac. VIII. 7. Ex hoc fonte procul dubio derivatum illud Homeri:

Ἄ θένεται τιμῶσι παλαιότερος ἀνδρῶπας.

Suffragatur omnium moratorum gentium consuetudo, inprimis autem Lacedæmoniorum, qui juxta stylum in sacris quoque frequentatum magistratus suos πρεσβυγενεῖς natu grandiores & γέροντας senes appellabant. Justin. L. III. c. 3. inter Lycurgi instituta & hoc commemorat: *Maximum honorem non divitum & potentium sed pro gradu ætatis senum esse voluit. Nec sane usquam ætatarum locum honorariorem senectus habet. Cujus rei sanctitatem cum advena quidam Spartæ observasset: in solâ; inquit, Spartâ expedit senescere.*

II. Strenui horum æmulatores Romani, apud quos *neq; generi neq; pecunia præstantior bonos tribui quam ætati solius: majoresq; natu à minoribus colebantur, ad Deum prope & parentum vicem: atq; in omni loco inq; omni specie honoris priores potioresq; habitii: à convivio quoq; seniores à minoribus domum deducebantur, quæ verba sunt Gell. II. Noct. Att. XV. cui consonat Poeta Juv. Sat. 13.*

Credebant hoc grande nefas & morte piandum,
Si juvenis vetulo non assurrexerit, & si
Barbato cuiusq; puer, licet ipse videret
Plum domi farm & majores glandis acervos:
Tam venemibile erat precedere quatuor annis.

Ipsium Senatus nomen à senio acceptum, de quo Ovid.

Nec nisi post annos paruit tunc curia seros
Nomen & ætatis mite Senatus habet.

Mirè hæc congruunt cum allegato superius Callistrati responso in l. 5. ff. de jure immunit. Vide quæ de honore senum Tiraquell.

in

in *prefat. de Jure primogen. concessit. Adde Panorm. in c. statui-*
mus 15. x. de major. & obed. Felin. in rubr. & ca. eod. Majora senibus,
quam mulieribus competere privilegia, sententia est Cache-
rani *decif. 123. n. 3. Junge Ernest. Cothm. L. V. R. Acad. 44. Ma-*
scard. vol. III. de probat. concl. 209. Balb. decif. 109.

III. Hûc ergo referimus omnia privilegia, quæ senibus ju-
xtà diversos senectutis terminos sunt indulta, ita ut iudicis ar-
bitrium ibi locum nullum inveniat, quando, non obstante, vege-
tus aliquis an infirmus, prudens an repuerascens, omnes senes,
qui determinatum illud vitæ spatium confecerunt, æqualiter
iis frui constitutum est. Eò spectat munerum vacatio, de qua
in *d. l. 5. statim subjicitur: circa munera quoq; municipalia idem*
honor senectuti tributus est. Cæterùm hûc & ipsa ab honoribus va-
catio pertinet, cum ob rationis identitatem (omnis enim honor
juxtà quoque onus est) tum ob generalitatem vocabuli mune-
ris, quod licet in angustiori significato ab honore differat, in ge-
nere tamen & laxiùs acceptum eundem comprehendit. *Fac. l. 13.*
C. eod. junct. l. 5. ff. de vacat. l. 1. l. 3. C. de Decur.

IV. Porro cum & testimonium dicere sit inter munera
publica, omnesque regulariter in iudicium venire ad testandum
tam in civilibus quam criminalibus causis debeant *l. 16. l. 19. C.*
de test. l. 2. §. 1. 2. ff. si quis caution. Frideric. in process. c. LVII. n.
19. seqq. LL. tamen nostræ inter exceptas ac privilegiatas perso-
nas referunt senes. Neque enim hi, quamvis ad testimonium
ferendum per se non sunt inhabiles bene scil. se habentes. Struv.
XXIX. 38. inviti testimonium dicere coguntur l. 8. ff. de test.
junct. l. 3. ff. de jure immunit. nisi alia ratio subsit, ut in anu ob-
stetricæ l. 3. §. 6. ff. de Carbon. ed. aut veritas aliter haberi nequeat,
Gail. l. O. 100. n. 15. Dn. Brunnemann, ad d. l. 19. C. de testibus. Dd.
in c. 1. x. de testibus cog. c. 2. c. XIV. q. 2.

V. In honorem senectutis & id interpretamur, quod actio-
nes eorum gratia competentes, quæ gerontocomiis vel inter vi-
vos vel per ultimam voluntatem donata, vendita, ac quovis mo-
do relicta sunt, non aliter nisi centenaria præscriptione finiat-
tur. *l. 23. C. d. SS. Eccles.* ubi tamen per subj. *auth.* hæc præscri-
ptio quadragenaria effecta, quæ & in foro Sax. observanda.

Nov. Aug. p. II. c. 5. ibique Dn. Carpov. & I. R. 35. Dn. Struv. in
progymnasim. ad C. ad d. l. 23. q. 2.

VI. Ita quæ in alimenta senum relinquuntur, ad honorem civitatis dicuntur pertinere, *l. 122. ff. de leg. I. quorum favor & hoc expressit, ut de iis, nisi autore prætoris, transigi nequeat l. 8. junct. §. 10. ff. de transact.* Idem favor & gerontocomia, quarum in LL. nostris crebra mentio, in bene constitutis Rebuspublicis passim crexit.

VII. Porro inter æqualis dignitatis collegas honoratior habendus senior ac primo loco collocandus, arg. *l. 1. ff. de alb. scrib. arg. l. 2. C. de præf. prætor. L. XII. ibi: strigitur sedes prior ante proventus, locus conspectior, decernendi loquendi, facultas antiquior, cui est splendor adepti magistratus vetustior.*

IX. Ita Doctor senex præferendus erit juveni, Alciat. in *er. de præsumt. reg. 1. præsumt. 45.* Vid. Walther. de privilegiis Dd. quò spectat, quod Bullæus *consil. 3. n. 48.* dicit; antiquos Doctores modernis magna veneratione præstantiores pondere, numero & mensura.

IX. Si de tabulis testamenti deponendis agitur, senior, semper præfertur *l. ult. ff. de fide instr.* ita senioribus liberis solent parentes clavum & anulum custodiæ causa relinquere *l. 77. §. 21. ff. de Legat. 2.*

X. Cæterum si administratio alicujus rei seniori filio concessa, post ejus mortem non ipsius descendentes, sed senior in familia succedere debet. Magnif. Dn. Richter, *p. IV. C. 1.* per totum, nisi sc. ei tanquam primogenito concessa sit administratio.

SECTIO II.

De Privilegiis, quæ Senibus ob prudentiam & auctoritatem tribuuntur.

Th. I.

NOTabiliter Cicero de Senectute ait: Non viribus aut velocitatibus aut celeritate corporum res magna aguntur, sed consilio, auctoritate, sententia, quibus non modo non orbari sed & augeri senectus solet. Lucret. L. III.

Nam

Namque ubi robustis adolevit viribus ætas
Consilium quoque majus & auctior est animi vis.

Tunc demum sanæ mentis oculus acutè cernere incipit, ubi corporis oculus incipit hebescere, Seneca censet: neque ignorantum est illud vetus verbum: Rempublicam servari consilii scenum, hæstis juvenum. *Vid. Arist. VII. Pol. 9. Plutarch. in libello: an seni Respubl. gerenda, cui consonat illud Euripideum:*

παλαιός αἶν' ἔργα μὲν γεωπέτρων
βελτί' ἔχουσι τῶν νεωτέρων κερὰν.

II. Ordo itaque naturæ semper præfert senes, ut quæ à minus perfectò ad perfectum progressa juventutis obsequium, imperium senectutis docet, *Arist. VII. Pol. 14.* idque vel inter brutæ observari testis est idem *IX. Hist. Animal. Plin. L. II. c. 40.* quod nec rustico ignoratum canenti:

Tu major, tibi me est æquum parere Menalca.

III. Plato in suam Rempubl. non nisi quinquagenarios admittit 3. & 5. *de Republ.* quod apud Spartanos aliosque observatum constat. Solon valde juvenem neque magistratum gerere neque consulere permittit, nisi optimè à mente constitutus esset.

IV. Leges nostræ minores ab omnibus muneribus publicis, quæ non sunt patrimonialia, arcet *l. 8. ff. de mun. & honor.* Et fuerunt apud Romanos non solum gradus honorum, sed & singulis gradibus certa ætas candidatorum definita, alia in quæstura & ædilitate, alia in prætura, alia in consulatu, ita ut ad dignissimos non nisi provecta jam ætate aditus daretur, idque per leges annarias effectum, quas rei Romænæ grande olim fulcrum extitisse *Lipf. nor. ad 3. Pol. c. 4.* arbitratur. *Ovid V. Fastor.*

— finitaque certis

Legibus est ætas, unde petatur honor.

Consule Car. Sigon. *de antiquo jure civ. Rom. L. II. c. 2.* Barnab. *Briffon. l. 3. Antiquit. c. 2.* Tholof. *lib. IV. de Rep. c. 5.* *Lipf. de magistrat. Rom. c. 4. 5. 6.*

V. In successione regni inter mares aut inter foeminas, ubi mares deficiunt, præfertur natu maximus, quod is judicio aut perfectior jam esse aut prius futurus creditur. *Cyrus apud Xenono-*

no-

nophontem: Imperium relinquo majori natu, ut quem par est re-
rum esse peritiorum. Hug. Grot. de J. B. & P. L. II. c. 7. aphor. 18.

VI. Hinc ortum jus primogenituræ passim gentium fre-
quentatum, hinc majoratus ac Senioratus in Hispaniis præci-
puè usitati, de quibus vide Jac. à Saa de jure primogen. Goldasti
Senior sive de majoratu. Ludov. Molin. de Hisp. primogen. Besold.
L. I. Pol. 6. n. 18. Sane in feudis Regalibus primogenitus semper
reliquis præfertur Dn. Struv. in Syntagm. feud. c. XI. aph. 5. n. 5.
Tholosan. VII. de Republ. c. 9. Becker. de Jure publ. cap. 8. n. 7.
Atnisæ. I. doct. pol. c. 9. §. quod vero alicubi, seqq. adde A. B. tit.
4. §. 27. Ex neglecto hoc ac violato inter Principes jure gra-
vissima bella, funestissima parricidia secuta esse, experientia
docuit. Bod. VI. de Rep. 5. vide Harprecht. ad pr. Inst. de hered. que
ab intest. n. 145. & seq.

VII. Huc spectat, quod, cum jure communi tutela agna-
tis æquali in gradu constitutis æqualiter omnibus deferatur
§. ult. l. de cap. demin. Jure tamen Sax. præfertur natu major,
seu senior. Dn. Philip. Us. Præst. L. L. I. Eccl. 81. quem ordinem
& A. B. in proximis agnatis, quos ad tutelam impuberum E-
lectoratus alicujus heredum vocat observari voluit, ibid. n. 7.

VIII. Senes præsumuntur & expertiores (unde & tertium
oculum habere dicuntur, usum & experientiam, quæ magistra-
rerum efficax dicitur c. 6. de elect. in 6.) dehinc virtuosi magis ac
prudentes magisque religiosi ac salutis æternæ memores, quam
juvenes, c. 15. x. de præsum. c. sciendum 26. c. 26. q. 4. l. ult. C. ad L.
Jul. reperund. quæ canonisata c. sancimus 26. c. 1. quæst. 7. Menoch.
VI. præsumt. 47. n. 5. Tiraquell. d. præfat. n. 155. Alciat. tract. de
præsumt. Reg. I. præsum. ult. ad fin. quique neget senes esse pru-
dentiores juvenibus, per quindecim testes id probare debebit,
Mascard. de probat. V. III. conclus. 1295. n. 3. Ayren. process. jur.
hist. pars. I. c. 1. observ. 2.

IX. Derusticorum senum autoritate honorificum est te-
stimonium Proculi in l. 79. §. 1. de leg. & fideicommiss. 3. Unde
porro est, quod Seniores tres vel quatuor ad jurandum pro u-
niversitate admittuntur, Carpz. p. I. c. 13. def. 1. nisi forte junio-
res exactiorem negotii notitiam habeant, ibid. def. 1. 2. & def. 4.
n. 2.

n. 2. & per seniores tres vel quatuor ex universitate nec per Syndicum juramentum calumnie præstari debet. Carpz. III. Resp. 41. Struv. Exercit. XVII. th. 37. Estque in genere verum, senis testimonio magis credi, quam juvenis, c. 3. c. XXXV. q. 6. Gl. & Dd. in l. 3. ff. si cert. pet. Mascard. d. conclus. 1295. n. 4. add. Felin. & Dn. Richter in cap. 32. x. de test. & attestat. Carpz. process. Jur. tit. XIII. art. 3. §. 10. n. 66. seqq.

X. Huc allegamus jus privatæ animadversionis in propinquos agnatos juniores senioribus concessum *Lun. C. d. emend. propinq. ibi: in corrigendis minoribus pro qualitate delicti senioribus propinquis tribuimus potestatem, & mox: Auctoritas corrigat propinqui juvenis erantum & privata animadversione compestat,* quod & apud Spartanos senectuti generaliter datum, quæ sæpe in adolescentium vitia animadvertebat, si pædonamus, cui publica illa cura commissa erat, abesse, qua de re latius Tiraquell. d. pref. n. 141. Menoch. d. A. I. Q. L. II. c. 364. n. 7.

XI. Juniores à senioribus regulariter informari debent: verè enim in Nov. 5. c. 3. in f. dicitur: *Seniorum conversatio juvenis educatio perfecta.* Neque tamen, quod juvenes dociores sunt, arg. l. 37. ff. de edil. ed. senem pudeat discere, exemplo Pomponii in l. 27. ff. de fideicommiss. libert. Servii Sulpitii in l. 2. §. 43. de O. I. Accursii, quem quadragenarius ad studium Juris accessisse constat, ut Doctor in altero seculo fore existimatus fuerit. Id est, quod antiquus Sapiens fatetur:

ἡγεμονία δ' αἰεὶ πάλαι διδασκόμελη.

XII. Ad prudentiæ senilis causam referunt nonnulli, quod l. 15. ff. de fideicommiss. lib. dicitur: *interesse nonnunquam à senio potius manumitti quam à juveno.* Aliter & fortè melius ibi Gl. quæ causam rei in operarum (quas tot tantasque Patrono senis, ut qui citius mori præsumatur, arg. l. 68. ff. ad L. Falcid. haud fit præstiturus libertus) diminutione ponit, arg. l. 24. §. ult. ff. de fideicommiss. libert. Explicationem Coll. J. Arg. d. t. th. 19. conciliaverit cum gl. l. 47. ff. de op. lib.

XIII. Senatium ac magistratus ex senibus constitui, perpetua moratorum gentium consuetudo. Ita in judiciis Judaicis non nisi seniores populi judices constituti. Jun. Q. pol. LXXXII In exercitu Alexandri M. ordines nemo nisi sexagenarius duxit,

C

ut,

ut, si principia castrorum cerneres, senatum te alicujus reipubi-
videre diceres. Just. *L. XV.* Generaliter enim seniores antese-
runtur junioribus in honoribus; dignitatibus & officiis tam se-
cularibus, quam Ecclesiasticis, Menoch. *d. l. n. 8.* Besold. *conf. 1.*
n. 27. & seqq. ex notissimis politicorum doctrinis.

XIV. Denique in dissensionibus ac contradictionibus re-
busque dubiis definiendis ac terminandis rectius sequimur se-
niores *c. 3. dist. 20. c. 28. in f. distinct. 50.* Bald. *in l. 19. C. de jure delib.*
n. 11. licet juniorum vota sint paria. Dh. Brunnem. *ad l. un. C. de*
conf. & non sparg. ab his miss. nisi scil. de lucro aut spe lucri cer-
tet senior aut alias dolose versetur. Cothman. *III. Resp. 10. n. 13.*
Nestor apud Homer. *1. Iliad.* quanquam bonum esse Diomedis
junioris consilium agnosceret

Es juvenis tamen & posses mihi filius esse,
atque adeo sequi se illum haud posse reponit.

SECTIO III.

De privilegiis, quae senibus ob infirmita- tem concessa.

Thef. I.

Senectus non omnibus contingit talis, qualis Virgiliano nau-
tae, de quo canitur:

cruda viro viridusq. senectus
aut Plautino illi seni, qui de se gloriatur. *Mil. 3. sc. 1.*
clare oculis video, pernix sum manibus,
pedibus mobilis.

De Catone Portio Livius: *quem ne senectus quidem, quae solvit o-*
mnia, fregerit, qui sextum & octogesimum annum agens causam
dixerit, ipse pro se oraverit scripseritq., LXXX. anno Servo, Gal-
bam adduxerit in judicium.

II. Naturale enim est virium corporis decrementum in
senectate, quae tamen nec febres nec aliae morbose affectiones
urgeant, ipsa per se morbus dicitur Comico *Phorm. act. IV. sc. 1.*
quod ita metaphoricè, non proprie dictum puta, neque enim
senectus est id, quod esse morbus describitur à Jcto *in l. 1. §. 7.*
f. de edil. edict. vide Harpprecht. ad Sa. I. per quos agere poss. n. 172.
sic

sicque senescere dicitur de potentia decrefcente. Cornel. Nep.
*Aleibiade: Atheniensium opes senescere, Lacedemoniorum contra
crescere. Sen. Epist. 91. Urbium, inferiorum, gentium nunc flores
fortuna, nunc senescit, nunc interit.*

III. Quamobrem & senes inter valetudinarios ac infir-
mos connumerari volunt Dd. c. 7. verb. verum ætatis x. de votis
c. 1. vers. si autem Episc. de Cler. agrot. in 6. l. 122. verb. infirmæ
ætatis ff. de legat. I. quod ipsum præsumtivè saltim verum esse do-
cet & latius declarat Menochius lib. VI. præsumt. 26. n. 1. seqq. n.
22. 26. & de A. I. Q. Lib. II. c. 60. n. 7. seqq. & de decrepitis tantum
atque gravi senio confectis intelligit Harpprecht. dl. n. 173. ubi
& senes exemplo valetudinarios Procuratores esse haud
posse concludit, arg. l. 9. l. 54. ff. de Procurat.

IV. Sicut autem corporis: ita & animi quædam senectus
est. Evenire enim solet, ut ipse etiam animi vigor, qui cum æta-
te augetur ac maturefcere penitus consuevit, in decrepita ætate
fæpe deficiens confirmet, verum esse, quod vulgo dicitur: *senes
bis pueri.* Plaut. in Merc. act. II. sc. 2.

Senex cum exemplo est, jam nec sentit nec sapit,

Ajunt solere eum rursus repuerescere.

In quibusdam, ait Seneca *epist. 4. non pueritia sed, quod gravius est,
puerilitas remanet.* Quin imo jam tum post annos duodequin-
quaginta ingenii vigorem remitti Aristotel. in *Politico* censet.
Bulgarum antiquum Glosiatorem adeo consenuisse atque in
pueritiæ relapsum referunt, ut luderet ad pulverem cum pueris.
Vid. Erasim. *Chiliad. I. cent. 5. adag. XXXVI. conf. 2. Sam. XIX. vers.
35. Carpz. pr. Cr. q. 62. n. 29. q. 144. n. 5.* Quibus talibus, cum nec
sine curatoris auxilio relinqui debeant, Prückm. *conf. 19. n. 9.* non
est dubium extra ordinem succurri debere, ex cap. *si qua alia*,
præsertim in mitigatione pœnæ, de qua infra.

V. Subventum itaque infirmitati senum in multis causis.
Quemadmodum enim damnum rei, quod senectute contigit,
non est periculo ejus, penes quem ex contractu fuerat l. 5. §. 4. ff.
commodat. ita senibus imputandum haud est, si ætatis atque ef-
fecti jam ac languidi corporis vitio omnia juniorum officia exe-
qui nequeant.

Sat patrie Priamoque datum.
non solum per operas Reipubl. jam olim aut animi provisione,
aut corporalis laboris intentione præstitas, sed & per sobolis
submissionem, quæ in eorum vices succedat. Unde jure merito
senibus vacatio datur, de qua supra diximus arg. l. 39. §. 2. in fin.
ff. de administr. tut. l. 20. C. de negot. gest.

VI. Neq; tamen ob solam infirmitatem senile Ecclesiasticus
aliusve minister ab officio removendus, quia omnino injustum, ut
si molestia corporis ingruat, honore suo privetur ægrotus c. 1. c. 7. q. 1.
imò vetitum Episcopo viventi successorem constitui. c. 3. 4. 5. 6.
10. 14. 17. d. 9. sicut nec ob modicam infirmitatem ac tolerabili-
lem senectam Episcopo cedere ac renunciare licet, text. pulcher.
in c. 10. x. de renunt. ibi: nam si pro qualibet & c. Que enim pru-
dentia & consilio exequenda sunt, debilitato corpori non remittun-
tur, l. 2. §. 7. ff. de vacat. mun. Audiendus tamen Episcopus senex,
qui ob probabilem ac sufficientem infirmitatem, per quam scil.
impotens redditur ad exequendum officium pastorale, renun-
tiare ac cedere desiderat, aut coadjutorem petit c. 17. 18. c. VII.
q. 1.

VII. Porrò donare ad eò non vetitum seni l. 16. C. de donat.
Moz. de donat. tit. de person. n. 5. quemadmodum nec transigere,
arg. l. 27. C. de transact. ut & donationes inter virum & uxorem
regulariter prohibita concessæ olim fuerint, quando ob senec-
tutem matrimonium commodè retineri nequibat l. 61. ff. de do-
nat. inter V. & U. At novo jure, quo & hodie utimur, ob senec-
tutem nullum divortium conceditur. Nov. CXVII. c. 12. Ita nec
seu concedere prohibentur senes, Alvarot. in c. per quos fiat
investit. Schneidev. Epit. feud. p. 3. n. 74. Notandum verò, quod
donatio à senex ætate fessio facta mortis causa facta in dubio
censetur, non secus ac si ab ægrotante facta esset l. 3. & 5. ff. de
mort. causa donat.

VIII. Porro senex suprema sua dictare non prohibetur,
l. 3. C. qui test. facere. nisi jam senio confecto emortuoque cor-
pore senilis stultitia, quæ deliratio appellari solet, impedimen-
to sit, arg. l. 4. C. eod. Simon. de Præt. de interpr. ult. vol. L. II. in-
terpr. 1. dub. 1. solut. 4. n. 22. itaque Lips. Jct. in causa domi
nota

nota respondisse memini A. 1662 quam limitationem & in senone donante suggerunt Bald. in *d.l. 16. C. de donat.* Harppr. ad §. 2. *I. de donat. n. 7.* Ratio est, quia, utcumque aliquis sit senex, utcumque infirmus, tamen semper praesumitur esse sanæ mentis, text. & gl. in *l. 5. C. de codicill.* Neque testamentum facere, qui est actus voluntatis ac iudicii, corporis sanitatem necessario requirit. *l. 2. ff. qui test. fac. l. 2. ff. de vacat. mun.* Hinc nata Notariorum practica in formulis testamentorum: Titius quamvis æger corpore, tamen sanus mente &c. de qua & quid probet Sichard. Gilcken. Brunneinan. in *d.l. 3.* & Berlich. *p. 3. conclus. 5. n. 14.* videndi.

IX. Infirmitas senum ac metus mortis receptissimum in foro testimonium ad perpetuam rei memoriam introduxit, cum aliàs regulariter ante litis contestationem testes nequeant produci *c. quoniam frequenter x. ut lit. non contest.* Ubicunque enim est periculum in mora, receditur à regulis juris communis *l. 5. §. 12. ff. de O.N.N. l. 1. ff. damni infecti l. 5. ff. de hered. pet.* de quolâtê Rutg. Ruland. *de commiss. p. 2. L. 1. per tot.* B. Carpz. *Process. tit. 13. art. 7. it. p. 1. const. 16. def. 35.* Frider. in *Process. cap. LXII. Chur. Sächs. Process. Ordnung/ cap. 27.* Ita senes etiam die feriata admittuntur ad testimonium super ætate dicendum *l. 2. ubi gl. verb. ætates ff. de feriis junct. l. 3. §. 5. ff. de Carb. edict.*

X. Senibus autem impotentibus atque invalidis, ubi jurare debent, necessitas ad Judicem veniendi remittitur. arg. *l. 15. ff. de iurejur. ubi Gothofredus, c. 8. x. de test. & attest. mittuntur* eis ergo domum ad suscipiendum juramentum Notarius iudicii unusque atque alter iudicii adfessor, vel etiam ipse iudex, vocato ad hoc adversario. Beust. in *d.l. n. 12. seqq. n. 24.* Farinac. *de test. n. 77. q. 24.* Tiraquell. *d.l. n. 109.*

XI. Denique ut pupilli, viduæ, valetudinarii, pauperes &c. extra terminos provinciarum suarum in jus vocari haud possunt: ita nec senes *l. un. Cod. quando Imperator. inter pup. & vid.* Oldendorp. *Enchirid. Except. rubric. Except. declin. n. 15.* quam illa Constantini in *d. l. un.* constitutio in Imperio hodie non quidem ab Imperatore: sed ab ipsis Imperii ordinibus in

suis territoriis impleri possit. vide Dno Richter, in *diver. ad c.*
5. x. de judic. c. u. X. de foro compet.

CAPUT IV.

De

Privilegiis Senum in causis criminalibus.

Th. I.

Reipublicæ interest, ne delicta maneant impunita *l. 51. §. 2. ff.*
ad L. Aquil. & pœnæ temerè remittantur l. 14. C. de pœn. quod
& in senibus verum. Unde inter plures accusare volentes se-
nior præfertur l. 16. ff. de accus. Facilius tamen in senibus tempe-
randæ pœnæ ratio: & id hoc loco palmarium est, senes mitius
puniri l. 2. ff. de term. mot. l. 3. §. 7. ff. de SC. Silan. l. 108. ff. de R.
7. Dn. Wissenb. ad R. J. iii. disp. XVII. th. 4. Menoch, d. A. 7. Q.
L. II. c. 329. n. 20. 21. præfertim illos, qui per omnem vitam habitū
sunt inculpatis moribus & integritate vitæ conspicui arg. c. tem-
pora. 2. c. XXVI. q. 7. & ibi Gl. in verbo: ætatis senilis. l. 3. in f. C.
de Episc. aud.

II. Sc. in delictis pœna semper est imponenda secundum
conditionem ac qualitatem personæ. *l. 11. l. 38. §. 9. ff. de pœnis.*
Itaque senex æque duro carcere ac juvenis non erit habendus. Gl.
in l. 5. §. 4. ff. commod. l. 5. C. de cust. reor. ibi: atatemque vincto-
rum. Menoch. d. A. J. Q. L. II. c. 305. n. 8. Tiraquell. de pœn. leg.
temp. c. 8. An autem & quando pro civili debito detinendus sit
senex, vid. apud Cacheran. *dec. 123. p. 347.*

III. Sed hæc res amplius distinctionem recipit, cum à Dd.
passim, tum à Gomez. *Tom. III. var. Resol. c. 1. n. 68. traditam &*
à B. Carpz. *pr. crim. p. 3. q. 144. ita informatam: aut delictum*
est tale, quod ultimum supplicium mereatur, v. g. homicidi-
um, veneficium: aut non est tale, v. g. furtum, crimen falsi &c.

IV. Illud ubi à se fuerit commissum, subdistingendum:
aut senex est integræ mentis ac prudentiæ, aut ob decrepitam
ætatem sensuum ac judicii integritatem amisit, ac pueri exitum
facit.

V.

V. Priori ordinariam mortis poenam cum B. Carpz. scisco.
Neque enim senilis infirmitatis hic ratio habenda, quemadmo-
dum non obstat debilitatio ex parte relicta, quo minus mulier
prægnans ad mortem condemnata statim post partum (h. e. post
40. dies purgationis effluxos. Pingiz. *quest. Sax. 9. inf.*) puniri
possit. *l. 3. ff. de panis. Gomez. d. l. c. XIII. n. 37.* Ita sagis vetulis,
quod se à Dæmone deceptas dicant, poena ignis haud mitigatur.
Nec enim dæmon sine ipsarum consensu quicquam poterat. Dn.
Feld. *Elem. p. II. m. 40. p. 3. art. 2.* In puncto adulterii à sene com-
missi, vide latè Carpz. *pr. Cr. quest. 62. n. 27. seqq.* P. Theodor.
coll. crim. disp. X. th. 4. lit. c. V. Pingiz. q. 57.

Turpe senex miles, turpe senilis amor.

rectè Poeta quamvis ipse nequam censuit.

VI. Posteriorem mitiùs puniendum ajo arg. *l. 7. C. de pan.*
neque temerè eculeo imponendum sive torquendum *l. 3. §. 7. ff.*
de panis. quia infanti comparatur. *Gail. 2. O. 110. n. 34. Befold.*
Vol. 2. consil. 28. n. 48. Jul. Clar. lib. V. Sent. §. ult. q. 64. Farin. q.
41. n. 24. 93. terreri tamen posse, tradunt Dn. Carpz. pr. crim. q.
118. n. 35. seqq. Theodor. coll. crim. disp. 9. th. 10. seqq. Hic enim
valeat illud: *Danni miserere senectæ. 12. Æn.*

VII. Hoc verò (seu non capitale delictum, respice ad *aph. 3.*)
aut poena corporis afflictiva, citra scilicet mortis irrogationem
v. g. fustigatione, abscissione membri, relegatione in loca dissita, coer-
cetur: aut multa tantùm pecuniaria. Quod ad prius aliter ite-
rum erit puniendus senex robustus & validus; aliter decrepitis
atque infirmis, quæ quidem corporis conditio iudicis arbitrio
discernenda relinquatur.

IX. Ille scilicet ordinariè, multò enim turpius peccat senex,
c. 28. c. 2. q. 7. c. 24. dist. 86. præsertim ille, qui *senectutem suam tan-*
quam cloacam effecit, in qua, quicquid præterita etas fedum habuit,
consluat, ut loquitur Autor Gyg. Galli, sub rubr. *Senectus deli-*
rans. Cum enim in senibus calor incitans homines ad peccan-
dum & vehementiam affectibus addens non sit, patet eos ex me-
ro & perfecto vitio & non superatos ab nimis affectibus pecca-
re. Quibus talibus ne quidem ulla senectutis privilegia pro-
desse debent arg. *l. 37. §. 11. in f. ff. de minor.*

IX.

IX. Hic verò mitiùs tractandus, v. c. ad brevius tempus relegandus: citiùs enim mori præsumitur. *d. l. 2. ff. de term. mor. l. 6. ff. ad L. Jul. pecul. l. 108. ff. de R. J. l. 16. §. 3. in fi. de pœnis.* Ratio, quod, cum hæc pœna sit sensus, alius autem robusti, alius infirmi corporis sensus sit: ita temperanda erit, ne qui mortem non meruit, occasione pœnæ hujus propter infirmitatem corporis vitam ipsam amittat.

X. In pœnis multam pecuniariam irrogantibus nihil indulgendum seni, *arg. l. 5. ff. de jure immunit. ibi: maxime si non tam corporis habeat vexationem, quam pecuniæ erogationem.* Adde *Besold. vol. 2. conf. 28. n. 49. seqq.*

CAPIT V.

Miscella ac corollaria complectitur.

I.

CONTINENS in juventute, non præsumitur incontinens in senectate, maxime si est literatus *c. 15. x. de præsumpt.* Sicut econtra Charondas apud Stobæum *Serm. 42. 86. & 88.* In quibus civitatibus, inquit, senes impudentes fuerint, liberi etiam nepotesque ipsorum impudentiâ laborabunt, citante Menoch. *VI. præsumt. 58. n. 4.*

II.

QUANquam homini cuique cursus unus est vitæ ab opifice datus, cujus finis est omnino mors *l. ult. C. de Episc. & Cler.* nemo tamè ita senex est, qui non præsumatur adhuc posse vivere ultra annum, ut est *gl. in l. 68. ff. ad L. Falciâ.* quod his verbis S. Hieronymus: *Nemo tam fractis viribus & decrepita senectutis est, ut non se putet unum adhuc annum esse victurum.* Seneca *Epist. 13. Nemo tam senex est, ut improbe unum diem non speret.*

III.

TAMetsi centum anni longissimum vitæ hominum tempus dicantur *in l. 23. C. de SS. Eccl. item finis vitæ longevi hominis, l. 56. ff. de usufruct.* non tamen inde rectè inferitur, hominem præsumi vivere centum annos. Regula enim non ex actu uno sive sin-

gulari, sed ex multis, ut universalis sit, confici debet. *Id. in c. 1. ff. d. R. j. conf. Psalm. LXXX. vers. 11. latè Menoch. VI. presunt. 49. Bellè Galli: il faut saluer les hommes jusques à trente ans avec un bien veu; jusques à cinquante, avec un bien trouvé, apres les cinquante ans avec un bon voyage.*

IV.


In dubio (puta si ambo in bello, ruina, naufragio, incendio, peste perierint) presumitur prius mortuus senior quam juvenis, pater quam filius, (nisi hic sit adhuc impubes) uxor quam maritus &c. *Dd. in l. 9. ff. de reb. dub. l. 68. ff. ad l. Falcid. arg. l. 15. ff. de inoffic. test. Did. Covarr. L. II. Var. Resol. 7. Menoch. VI. presunt. 16. n. 30. & presunt. 50. Dn. Strauch. Dissert. XI. th. 24. inf. Quæ res cum de superexistencia respectu successiois quaritur, magni momenti est, propterea præjudiciis Colleg. Jurid. firmata à Nobiliss. Dn. Bechmann. in prælect. ff. præf. Junge Bisciolam hor. subces. 2. L. XIII. c. 3. Ant. Gabr. in Comm. conclus. tit. de presunt. conclus. 16. n. 3. citatos Befoldo Thesaur. pr. voce: Aster.*

V.

Ultimus agonizantium halitus annumeratur vitæ. *l. 18. §. 1. de manumiss. test. viventes enim morimur. Gell. VI. N. A. c. 13. Cujac. III. O. 34.*

VI.

Ætas quomodo probetur, octas. *l. 2. §. 1. ff. de excus. tut. juncta l. 13. ff. de probat. expediemus. Vide Sfort. Odd. de rest. in integrum part. I. q. 37. per totum. Trentacincq. L. II. V. Res. tit. de minor. ref. 2. fol. 137. Treutl. Vol. I. disp. XI. th. 8. lit. E. & F. ibique Bachov. Dn. Struv. Exerc. IIX. th. 43. Befold. Thesaur. præf. voce: Tauff. Buch & ibi Additionatores.*



D

BEU-

BEUSTIUS & juris studio &
pietate celebris
Olim erat. Hunc sequere, &
BEUSTIUS alter eris.

*Nobiliss. Dn. Conuictori suo LM 2.
gratul.*

Sebastianus Niemann / SS. Th.
D. P. P. & Superint.

BEUSTI, magnorum tradux
de sanguine patrum,
Congener & genti gemmaq;
flosq; tuæ.
Qui nunc vesticipes ubi vix
ingressus es annos
Canorum similem Te facis
esse senum.

In-

Indolis hoc canæ est tam mi-
tia dicere verba.

Deq; SENUM doctas scribere

JURE notas.

Perge istam calcare viam: ju-
venemq; senemq;

Te manet haud macro sine
senilis honos.

*Generoso ac nobil. Dn. à Deus feliciſſ. barum theſum. Autori,
amico exoptatiſſimo, locupletiſſimas ſtudioꝝ ſpes
LM& gratulatur, ſimulq; aditarum virtutum
poſſeſſionem atq; eventum auguratur &
optat*

Theod. Lehmann / Annæmont.

J. U. Ddus PRÆSES.

Quæ Tibi me focii jungit concordia te-
cti
Atque animi plus illa fides, conatibus iſtis,
Quæis juvenis ſenibus meritos defendis ho-
nores,
Non equidem me vile jubent effingere carmen,
Qua-

Quale opus est nostræ perquam miserabile
venæ,

Cui jam dudum ambos oculos avertit Apol-
lo:

Officii tamen ille mei, carissime, candor
Et generosorum reverentia magna Parentum
Et generi devotus honos tria dicere verba
Gratarique tuis per & omina prospera curis
Plaudere non ullis phaleris sed simplice versu
Suaserunt: studiis multum feliciter illa
Cedant primitiæ, canæque adstructa senectæ
Præmia mox pulchra faciant Te fruge bea-

Consilii patriam fulcire senilibus aptum!

*Generoso Domino Contubernali, Amico ac Fautori
honorando de egregio studiorum specimi-
ne ex animo gratulatur*

Paulus Weidlich /
J. U. Stud.

F I N I S .

Jena, Diss., 1670 H-Sch


ULB Halle 3
004 853 261




f
Sb.

WMA







1670, 21 26
12
2

V. J. C.
ctorum Ordinis

AC PRF
GENUM

DE
IO LEHMAN-
I. Dd.

e suo honorando
ertationem
litorum

A JENENSI

RICUS à Beuse

ir.
RESP.
lo lo LXX.

Æ,
MERIANIS.

26